

Příloha č. 1: Testament Jakeše z Kouřimi (č. 167)

Datum: 27. února 1398 (*feria quarta post Invocavit 1398*).

Citace: MR: 286r, s. 553; KSN: 127rv.

Jazyk: Latina.

Jaxo de Curym in suis extremis ratione compos animo deliberato coram Nicolao Ffraytag Theobaldo et Mykschone Petrman suis veris testamentariis hoc suum ultimum fecit testamentum primo dedit et dari disposuit LX sexagenas ad monasterium ffratrum predicatorum nostrorum ut VI sexagenas census anni pro eadem comparetur pecunia taliter ut ab eis singulis quatuortemporibus vigilie ac misse decantentur defunctorum pro salute animarum et prior monasterii dicti qui pro tempore fuerit illum censum cum scitu provisoris huius testamenti singulis annis debebit inter fratres suos distribuere pro reformatione et reparacione vestimentorum ipsorum et amictus Item ordinavit dari pro ecclesia parrochiali in Curim XXX sexagenas sic quod singulis quatuortemporibus vitricus ecclesie eiusdem peragi faciat cum una sexagena census missam et vigiliis pro defunctis et alie due sexagene census dari debent pro reparacione ac necessariis ecclesie supradicte et si forte vitricus ecclesie predicte in hiis negligens fuerit tunc per plebanum ibidem ad hoc exsequendum compellatur Item legavit ad hospitale nostrum XXX sexagenas (Item Nicolao cong nato suo X sexagenas Item Katherine que est apud Sedlaczkonem congnate sue X sexagenas – škrtnuto) Item ordinavit dari XX sexagenas pro ecclesia nostra parrochiali ita quod vitricus ecclesie eiusdem singulis quatuortemporibus pro una sexagena census peragat vigiliis et missam pro defunctis residuum vero inpendatur(?) pro reparacione ffabrice ecclesie supradicte Item ordinavit dari ad ffraternitatem beate virginis X sexagenas et iste pecunie supradicte que fuerint(?) distribute non debent recipi in litteris censualibus quas domina Elyzabeth habet Sed bene inveniuntur in aliis bonis unde possit predicta pecunia integraliter perpagari Alia vero omnia bona mobilia et immobilia Elyzabeth uxor sua possidere debet pacifice et quiete usque quo sedem viduitatis immutabit Si autem contigerit eam maritari tunc tertia pars omnium bonorum predictorum ad ipsam legitime devolvatur Et alie due partes bonorum predictorum ad Andream iudicem civitatis nostre racionabiliter devolventur et ipsis uti potest tamquam bonis propriis sine quovis impedimento Si vero predictam dominam Elyzabeth in viduitate mori contigerit tunc ipsa potest dare et distribuere bonorum predictorum terciam partem

cui vel qualiter sue placuerit voluntati Residue vero due partes sepredictorum bonorum ut premittitur ad iudicem civitatis nostre devolventur Provisor huius testamenti seu Tutor esse debet et est Andreas nostre civitatis iudex fassum in pleno consilio Swachone magistro iuratorum existente feria quarta post invocavit

Marg.: Busiczer Paschman iuratus testatur delecionis

Marg.: Kunscho iuratus testatur

První ukázkou kolínských závětí je nunkupativní testament Jakše z Kouřimi. Jakeš patřil mezi nejbohatší měšťany. Dosáhl na členství v městské radě. Jedná se o jeden z delších zápisů s množstvím různých zbožných odkazů. Marginálie se váží k mřežování odkazů příbuzným Mikuláši a Kateřině.

Příloha č. 2: Testament zahrádníka Hamlína (č. 16)

Datum: 7. ledna 1379 (*post Epiphaniam Domini 1379*)

Citace: MR: 15r, s. 29; KSN: 11r.

Jazyk: Latina.

Haml Gartner legavit in suis extremis pueris suis ortum suum retro hospitale Ita quod eius uxor quam diu vidua permanserit cum eius fratre esse debent bonorum dictorum tutores et si maritum duxerit tunc debet habere unam sexagenam grossorum census in domo Machuttonis et III sexagene grossorum imparate debent ei donari et sic dicti pueri eundem ortum libere et hereditarie obtinebunt in hac legatione fuit uxor sua contenta Nicolaus Pecherer Hamannus Leymater iurati hii testamentarii testantur Actum post Epiphaniam Domini

Druhým příkladem je testament kratší. Jeho autorem byl zahrádník Hamlín, který v něm odkázal zahradu svým dětem.

Příloha č. 3: Testament vdovy Máry (č. 194)

Datum: 8. červance 1401 (*feria sexta post Procopii 1401*).

Citace: MR: 321v, s. 624; KSN: 154r.

Jazyk: Latina.

Testamentum domine Mare

Domina Mara vidua in suis extremis coram Johanne Losschaner Iurato et Hamano Kunady suis veris testamentariis sana mente animo deliberato suum ultimum fecit testamentum primo ordinavit Triginta sexagenas grossorum pro domo predicacionis seu structura boemorum Item ordinavit Triginta sexagenas grossorum ut pro hiis tres sexagene census comparentur et pro illis tribus sexagenis singulis annis ter vigilie ac misse defunctorum peragantur iuxta decretum provisoris domini Nicolai Keil qui provisor esse debet huius testamenti Et illam summam pecuniam videlicet LX sexagenas grossorum solvere debet et tenetur (domina Sophia relicta Strausonis XX sexagenas grossorum ad festum sancti Galli et XL sexagenas grossorum ad festum Nativitatis Christi proxime affutura quod eciam fassa est coram Iurato prenotato Item Pable braseator tenetur fassus est coram prefato Iurato se teneri pro braseatorio XVI sexagenas grossorum quas solvere promisit et tenetur indilate simul et semel prefato domino Keil provisor ad festum sancti Galli proxime nunc venturo et – škrtnuto) sic ordinavit dicta domina Mara ut ematur census annus quantum se valet summa pecunie extendere et et pro illo censu singulis annis stamen panni comparetur et per provisorem ubi sibi videbitur inter pauperes parciatur provisor huius testamenti est et esse debet dominus Nicolaus Keil predicator Teutunicorum prefatus quem ipsa eligit et fecit potentem de suprascriptis et omnibus bonis suis hoc fassum et depositum est coram pleno consilio et prefatus Iuratus cum ceteris Iuratis testatur Actum feria sexta post Procopii etc anno ut supra

Marg.: Losschaner Iuratus testatur quod solvit Busiczter magister iuratorum testatur Andreas Breslauer et predictus Iuratus testantur delecionis etc

Třetím příkladem je ženský testament. Testátorkou je bohatá vdova. Marginálie se poji k mřežované části závěti.

Příloha č. 4: Testament Jana, syna Francze z Křečhoře (č. 96)

Datum: 1390.


Citace: MR: 138rv, s. 257 (záznam škrtnut).

Jazyk: Latina.

Johannes natus Franczonis de Seczhory Volens ire Curiam Romanam legavit omnia eius bona in hunc modum primo disposuit solvere suprascripta fratribus dictis Polaneris in Montibus Chuttnis id quod noscuntur ipsum teneri Ad Altare Corporis Christi XL grossos perpetui Anni Census disposuit ad structuram Ecclesie parochialis X sexagenas grossorum Ad structuram claustris X sexagenas grossorum domino Johanni Seczhory X sexagenas grossorum domino Wenczlao X sexagenas grossorum Matri eius V sexagenas grossorum Ad altare summum beate Virginis pro lampa perpetua X sexagenas grossorum pro pauperum Balneo X sexagenas grossorum singulis Quatuortemporibus Item domino Stephano Cappellano V sexagenas grossorum Johanni Honnit(?) cappellano X sexagenas grossorum Vito pilleri X sexagenas grossorum residuum omnium bonorum suorum Sororibus suis Benigne et Barbare equali parte dividenda Testamentarii sunt Cunzlinus Pecherer magister iuratorum pro tempore et Stephanus civitatis notarius provisoires sunt Petrus Kunadi et Albertus Cladoner Actum ut supra


Poslední ukázkou je příklad poutnického testamentu. Vybral jsem příslušníka jednoho z předních kolínských rodů Jana, syna Francze z Křečhoře. Z hlediska typologie jde o veřejný testament.

Příloha č. 5: Manuál radní



Manuál radní 1376-1401, SOkA Kolín, folium 13r, s. 25, s testamentem Jindřicha Strause (č. 14).

Příloha č. 6: Kniha soudnictví nesporného



Kniha soudnictví nesporného 1376-1401, SOKA Kolín, folium 59r
s testamentem Ješka Schrama (č. 78).

